



7

Perillustris Vir, doctrinae et Virtutum decus,

Vide quid Generositas tua agat. A D. HADRIANO
BARXIO, Decano Oirschotano interpellatus sum, ut
ad te scriberem, et qui in meis rebus Verecundior
sum, alienas commendarem. Praeses ille aliquando
Collegij Trilinguis Lovani fuit, et sic Auditory,
qui publicè docet, et juventutem ad honesta duco:
Soc nomine adhuc Amicus meus; aliquando in
divinos illos viros HEINSIVM et BAVDVM Ben-
ignus. Quemadmodum Litteras aestimat, ita
viros, quibus Litterae obstrictae sunt: et quemad-
modum maiores suos in Hollandia Zelandiaque
habuit; ita exnere affectum negit. Sane Domina
de Stakenbreck optima eis officia Bruxellae
non semel experta est. Etiam Praetor, ut sic appell-
lem Princelandiae, quod ipsius attestacione ma-
nifestum esse potest. Sed frustra alia commemo-
rare. Bonus vir postquam Lovanio Oirschotum translatus
est, in nova dignitate majoribus molestijs inno-
latus est, Litesque sustinuit; quarum causa
soc ferè Biennio partim Bruxellae, partim Antver-
piae occupatus fuit. Praecipua controversia ab

Hug. 37.

ipsis Collegis est, qui praecipue infesti sunt, nec
ferre praesentiam eus queunt; quia fortassis mores
suos nolunt reprehendi. Quibus artibus modique
eiusmodi ali dissidia soleant, frustra dico: et quam
facile traducatur fama ejus, qui auctoritate sua
gravis est. Litteras igitur novas securitatis, ad
hanc, quam adjungo, formulam ab Illustrissimo et
Excellentissimo Principe AVRIACO petit; et mea
simil apud te opera uti voluit. Obsequor Amico,
sed ne te tamen Amicum offendam. Si voti com-
pos fiet, tuae Generositas securitatem suam de-
beat: sciel enim Puteanum a Nobilissimo HV-
GENIO amari; immo sciet, sibi hoc Beneficium
Litterarum causâ datum esse. Vale
Perillustris Domine, et Humanitatis exemplar.
Lovanij, in Arce XVIII. Kal. Maij, 170. XXXIII.

Virtutum tuarum summas cultor
Erycnius Puteanus.

Circuli URBANIANI vindicias nuperrime
scripsi, et ad te misi: an acceperis libenter
intelligam.

